



17692

I

Mag. St. Dr.

P

*Rabulowski Joannis: Sermon Jacobi
Piotrowski honoris erga conventum.*

PANEG. et VITAE

Polon. 4^e

№ 701.

D

PH

In

H

E

S E R T V M

Excellentiss: ac Admo: Reueren: Dño,

D. M. I A C O B O
P I O T R O W I C K I,

Philosophiæ Doctori, Canonico S. ANNAE Col-
legæ Maiori, Scholarum Nouoduorscianarum
Prouisori, &c. &c. Domino & PRAECE-
PTORI, fidelissimo

D V M

In Alma ACADEMIA Cracouien: ORATOREM
insigni munificentia Illustr: & Reueren: Dñi,

PETRI TYLICKI,
EPISCOPI CRACOV. DVCIS SEVERIE.

Cancellarii eiusdem Academiæ dotatum & e-
rectum ritu solenni auspicaretur.
Musis flores offerentibus

M. IOANNE RATVLOWSKI Philosophiæ Doctore
in eadem ACADEMIA Professore
Honoris ergo contextum.

C R A C O V I Æ,

In Officina Typograph: Martini Philipowski,
Anno Domini, 1638.

BIBLIOTH. UNIV.



AGELLONICAE

IN INSIGNIA ACADEMIÆ.



17692 I

Sunt tibi iuncta crucis Pallas tua Sceptra figurā.
Quod Regnum Musis & pietate regas.

S E R T V M

FAcunde, fertum, temporibus tuis,
Decem his & octo floribus, assitum,
Carpsere Musæ quos in hortis,
Hesperidum auricomis, repono.
Es dum reuinctus sic caput, & comam:
Vox mensq; Marci pectora subiugat
Lectæ iuuentæ sic recedat
Non prius à latere; illa dicat
Quam quæ Cathedrâ dicere concipis:
Futura quondam pignora Patriæ
Robur, Salus, firma & columna,
Dogmata per tua delibura.
Sertiq; circo, lilia prima dat,
Et suauolentes purpureas Rosas,
Clio satis solers Magistra
Historiæ: innuit hanc tuæ sic
In esse menti ut nil fuerit, tibi
Quod non apertum est codice quicquid est
Seræ vetustati sacratum,
Mens tenet id tua pectus intra.

Euterpe alacris mox mihi subiicit
Caltham cum Anetho, crescere vallibus
Inter crepantis aquæ susarra,
Quæ & Zephyro titubare cernis.
Fidem canoram continet hac manu,
Hac cæteris & nectit, & applicat
Ad ordinem flores coronæ:
Te socium sibi comprecata.
Semper soleres dicere quòd modo
Tali, sonore ut si benè sunt lyre,
Ex arte Musicæ ordinatæ:
Dissona quæq; cauere sùes tri.
Thalia solers, talia dum videt,
Applaudit: almis & Calathis suis,
Promens Acanthū cum Ligūstro,
Accumulat cumulos coronæ.
Parens in hortis fructiferūm arborum
Sit illa quamuis vult tamen & cupit,
Sis arbor vbertim tu in istis,
Fructificans, Patriæ, Paleætris.
Immiscet his se Melpomene comes
Et gratulatur, non sine commodo

Id collocatum bene diurnum

Tempus in Hesperidum viretis.

Et carpta florum culmina, tam thymi,

Quam tortuose flexibus inuis,

Tymbrae, pili crescentis instar,

Candidulis manibus datura

Zonae coronae; nocte rubentia

Inquit virenti nocte, mora sine,

Hoc ferta flore, texe thyrsis,

Terpatulis foliis coronas.

Decusque laudemque, in sine limite

Viro celebri, tempora: quem sibi, in

Consortium, Pallas sacro

Tylliciana vocavit horto.

Aetam virentem, Terpsichore gerit,

Callamque rubentem, letitiae artifex:

Inter sororum, quos suarum,

Collocat in serie coronae.

Parens iocoseque letitiae artifex

Cum sit; labores muneris obui,

Scit arduos scitque molestos,

Quos animosius ut resolvas.

Vult esse praesto letitiae comes ;
Iuuare spondet fasce leuareq ;
 Ut ludus ista difficulas
 Sit tibi delitiae & voluptas,
Erato faustis gressibus aduenit
Postquam videret sagmine fosclos
 Afferre huic viro sorores :
 Texere dum thalamis, coronas
Est docta, sponsis coniugio nouis :
Dum nuptiarum leua negotia
 Linqvit, sciens, quod praeferenda
 Magna minoribus, id futurum
Quod est honori, nititur impigro
Nisu sororum more ; decus nitens
 Florum Croci criniti, & Actae,
 Serta viro cumulans, adauget
Celebriori, vertice quam fuit
Ide, Sacerdos, septuplici metro,
 Carmen iocosum, benè peritus
 Præpetibus, variare lymphis,
Tardare spernit, pulchra Polymnia
Istius operis diua negotia :

Venit, gerit dictis ab hortis,
Et casiam & Lyrium. Magistra
Cultorum agrorum, quæ licet occupet,
Rutabra circum sese, opus inclytæ
Cereris Deæ, postponit illud,
Temporis hæc vice: possit ipsa
Honore saltem, quo decet & iuvat
Ornare gratum, menteq; voceq; et
Celsâ PIOTROVICCIUM arte
Acre cui ingenium sagaxq;
Laudavit, amnem, qui populus bibit,
Tybremq; Araxemq;, Anotriæ, viris
Lectis nitentis, ut corona
Quæ rubidis radiat Pyropis.
Laudavit, & multum obstupuit graui
Ab ore si quando in medium daret,
Honore pro, gentis Polonæ,
Dogmate grandia dicta sophum: hoc
Honore fulcit te: & meritò quidem;
Primas tibi num quis neget? audeat
Num dicere, superet, esse qui te:
Non superare: minus quod est, nec

Aquare

*Aquare tentet, iudicio quidem,
Non tam meo, quam isto ex gremio virum,
Cultæ Camenæ: quos in ista
Sacra Palatia conuocauit,
Morata circum est Urania interim
Motus Rotarum, sydera sunt quibus
Affixa: postq̄ rem peractam
Iam dubio procul aduolasset
Ni orbam videret se, grege nobili,
Diuum sororum: proripit & loco
Sese, quid inde sit secreti,
Corde volutat, & ad sorores
Festina contendit; venit & videt
Iamserta florum, facta laboribus
Suum sororum; atque os genamq̄,
Profilit illa rubens, & affert,
Fortuna tantum hoc tempore, (quod nouum)
Benigna fauit; quos prius attulit
Hortis iisdem: nigra dat vac-
oinia cum viola nitenti
Et poscit istos ordine nectier
Ceptæ coronæ (istud decoris viro)*

*Flores : perennes comprecatur
Viuere letitiæ dies, in*

*Æuum : precatur munere Tullii
Isto, ora sumat, atque animam omnibus
Cum qualitatibus vigebat
Tullius ille quibus celebris.*

*Audistis, ut stricta Vrania est melus,
Quod illa ferret tardius, impigra
Licet, coronæ præparandæ.*

*Blandidulos rutilosq, flores
Et tardius sed, Calliope venit :
Et tardius quod, non trepidat, sciat
Cum in esse tantum cordi amorem*

*Pieridum, sine non ut ausint
Tentare quicquam, consilio Deum
Pleno, & sororis non memores sue
Sic, iusto honore quin adornet*

*Serta virentia digna fronte
Viri eloquentis : nomine primus &
Coniza candens, intrat in ordinem
Lectæ coronæ, alter secundas
Qui tenet est Hyacinthus. Illa*

*Assueti dictis dicere, metra per
Vatum ligatis; te socium sibi*

Gestit, cupit, vouet futurum:

*Omnia dicere quod soleres,
Iusto repōstum limite quicquid est*

Vatum disertum Rhetorumque, omnia

Quae ponderata, cuncta cuncta:

*Hos imitatus es, hos secutus,
Sis Galba dulcis, Gellius omnibus*

Gratus, canora Pollio voce sis

Iucundus, et grauis Pericles,

Carmine, quem veteres Olympum

Dixere vates: hoc tuus hoc tibi

Imo precatur pectore, quem tua

Formauit olim cura, candor:

Et docuit, liceat modo quo

Virtutis ire ad nobilis, ardua,

Sed gloriosa culmina, quidquid est

In me, tuum est: tuo paratum

Imperio et monitis subesse

Vinas in æuum, tanta igitur sacer

Fama: vige flos, flos viridis, cui

*Virtus virebit, vsq̄, quò Sol,
Astra, locis propriis manebunt.*

Sub fælicibus auspicijs

Magnifici & Adm: Rñdi Dñi,

D. ALBERTI BOROVI,

S. Theol: Doct. & Profess. Custodis S.

FLORIANI, Canonici Scalmir.

RECTORIS Academiæ

Crac. Vigilantis.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text in the upper middle section, appearing to be a list or a set of instructions.

ALBERTUS
Handwritten text in the middle section, including the name "ALBERTUS" and other illegible words.

Handwritten text on the left side of the middle section.

Handwritten text on the right side of the middle section.





